

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Ravissima est vox Ecclesiæ ad omnes in floridâ ætate constitutos, cap. 12. v. 3: *Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis, &c. v. 11: Et revertatur pulvis in terram suam, unde erat, & Spiritus redeat ad D E U M, qui dedit illum.* Ideoque sub finem libri omnes ad reverentiam D e i & studium pietatis adhortatur, vers. 17: *Summa rei est his omnibus auditis: D E U M I P S U M R E V E R E R E, ET P R A E C E P T A E J U S O B S E R V A:* quia hoc est totum hominis, id est, in quo unicè homo se occupare debet. vers. 18: *Nam omne opus Deus ipse adducet in judicium, cum omnire occultâ, sive bonum, sive malum.* Ac ne juniores præfidant sibi in bona, ut veteres juventutem vocabant, ætate, & vernantibus illis vegetisq; annis abutantur, repeti tinitio liberti usurpatam sententiam: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, v. 12.* Quæverba, *Aquila, Symmachus, & Theodotion,* qui Hebræos fontes in Græcum sermonem transtulerunt, teste Hieronymo, non abs re, & ut simili qvadom istam longè vanissimam vanitatem magis declararent, sic exposuerunt: *Vapor vaporum, & omnia vapor.* Quod enim evidenter est symbolum vanitatis, qvam vapor, qui vixdum oriundus, illicò tenues in auras vanescit? Nimirum ita se habet omnium sub celo rerum conditio, omnium hominum vita, etiam florentissimorum. Causam hujus si qværimus, animos subeat vel mundi hujus status; qui nil aliud nisi vallis lacrymarum est, qvamdiu curriculum nostrum conficimus. In vallibus autem qvid frequentius vaporibus? qui aërem corrumpunt, & catarrhis, phlegmati, ac plumbeo, ut *Horatius* nominat, Austro materiam sufficiunt, ut quasi valetudinaria quedam sint, si comparentur cum montibus, qui puritate & salubritate aëris, saniores, robustiores, & vivaciores præstant homines. Sic solus Deus habitat in excelsis, & hoc elogium de se prædicare potest: *Ego sum, qui sum: Ego ero, qui ero.* At nostrum nomen est Mortalitas; *Sum, qui non ero:* Et qui jam fuerunt, condecefaciunt nos de communis sorte, & idem omnibus Epitaphium intimant: *Fui, ut es: Eris, ut sum: Fui, non sum: Estis, non eritis: Nemo immortalis.* Quod si rationem vaporis in naturâ profundiùs scrutemur, magis adhuc pertinemus ad hanc vanitatē nostram. Vapor est vel humiditas, vel fumus, à radiis cœlestibus, & alia, quæ desuper est, caliditate exigitus, debilis, & si tenui aurulâ ventiletur, subinde mutabilis: ac si considat inferiùs, vel putrescit, & situm efficit, qui caries est vaporis, docente Philosopho lib. 5. degenerat, animal. c. 4. vel concrescit, & pruinam generat: *Sic hominum ætas obnoxia est vel subitæ putredini, vel gelidæ canicie: utrinque suo temperamento disturbatur, & in juvenibus per morbos adventitiam, in grandævis naturalem senectutem adsciscit, communemq; pandit aditum ad viam universæ carnis.* Inter ea omne illud, quod in terris vivitur, qvam mobile est & confusum! gaudium tristitia, risus fletum excipit: saturati esurie, voluptati dolor succedit: calorem algor, refrigerium æstu inseqvitur. Tandem inter eum, qui vitæ usurâ brevi fruitus, & qui annos plurimos emensus est, ubi eadem vivendi pauca, idem terminus advenit, transactum omne tantundem est; nisi quod annis major, peccatis magis onustus sit. Sursum verò cùm fertur humiditas aut vapor, circulari qvadam generatione redit ad id, qvod prius fuerat, & descendit in terram, dum vel in rorem & pluviam resolvitur, vel constrictus in nivem, glaciem, & grandinem densatur. Sic & corpora nostra, per morbos & mortem resoluta, redeunt in terram, ex qua sumta sunt. Ea propter dum in vita hac sumus, ad cœlestem excelsitatem adspicimus, solliciti, quod cum Deo esse & vivere queamus, ubi veritas veritatum, & omnia veritas, eternitas eternitatem, & omnia eternitas. Quod fieri, si pietatem colamus, & Deo hic uniamur per gratiam, ibi contemplaturi eum in gloriâ: Qui enim Deo & verbo ejus adhæret, non potest esse tam cœducus, ut pereat, sed cum beatâ vitâ mortalem commutat. Et hoc sibi cordi qvoq; habeuit Juvenis ornatus & præstantissimus **CHRISTOPHORUS SCHÜRERUS**, Philosophiae & Theologiae Studiosus, cuius sepultura, qvam honoris suprematam Ammianus appellat, nunc indicanda est, ut nostro qvoq; veloco non intermittamus, quæ ad decentem funerationem à nobis fieri queunt. Editus autem est in han lucem Lipsiæ, anno Christi supra millesimum, sexcentesimum, decimo, mensis Aprilis die vigesimo secundo. Parentis ejus fuit Dn. **Thomas Schürerus**, civis hujus urbis primarius, & Bibliopola celebris, viris doctis apprimè carus, qvòd scientiores in omni disciplinâ libros partim aliunde advicheret, partim sumtibus nō exiguis edi curaret. Quo nihil utilius præstari communibus studiis posse, nemo est, qvin fateatur, nisi forte ignoret, in togatâ militiâ æqvæ ac sagittâ armis opus esse. Matrem autem habuit **Catharinam Uhlmanniam**, qvæ defuncto marito, filium hunc suum, natu minimum, studiis, & quidem in primis Theologico, consecravit. Sed eam non minùs ac patrem amisit in ipso ætatis flore, cùm utriusq; gaudere subsidio & educatione maximè potuisset: Vicem tamen illorum supplerunt Viri spectatae integratatis & virtutis, **Zacharias Schürerus frater**, ac **Matthias Götzius**, affinis, singuli in partem hujus curæ venientes, sicut & meritorum patris in Rempubl. literariam extantium famam suo qvoq; studio protenderunt; eandemq; æmulatur Frater, ætate proximus defuncto, **Henningus Schürerus**, qui loco **Zacharia**, annis abhinc tribus, & qvod excedit, denati, ad negotiationem adscitus est. Ut autem **μαναγρίς** ritè fundamenta sua jaceret in linguis, artibus, & pietatis Christianæ rudimentis, de consilio amicorum commissus est institutioni Viri reverendi & præstantissimi Dn. M. Ägidii Wildii, jam pastoris in **Wesenstein**, qui per qvinq; omnifide & industriâ illum informavit. In isto studiorum curriculo calcar major addidit exemplum fratris **Christiani**, qui comparatæ in Philosophia Peripatetica eruditionis testimoniū & titulum Magisteri, in hac Academiâ, qvinq; abhinc annis reportavit, ejusq; solidâ specimen publicè privatimq; dedit. Ut autem profectus suos noster defunctus magis solidaret, in contubernium simul & disciplinam à viro Clari. Dn. M. Hieronymo Reckleben, Aristotelæ Logice Professore publico arrogatus est. Summam verò Studiorum habere volebat Theologiam, tum ex voto matris & cognatorum, tum suopte qvadam impetu, & qvòd nihil beatius esse judicaret in hac vita, qvam tractando sacras literas, semper audire Deum, in iis ad nos loquentem, ac piis exercitiis perpetuum qvæ Sabbatum agere. Eo in proposito prolixam sibi operam haud frustra pollicebatur ab affine suo, Viro plurimum Reverendo & Excellentissimo Dn. **Christiano Langio**, SS. Theol. D. & Professore publico, Ecclesiæ Thomanæ Archidiacono: Sed Deo aliter visum fuit, qui pro suo beneplacito citò eum evocavit, ut ætatis lubricæ omne periculum jam eluctatus, extra seductionis aut noxæ aleam verisetur, ac pietatis suæ præmium obtineat. Nam die 29. Maii febri malignâ correptus est, qvæ horripilatione seprimum exeruit, mox autem calore continuo vires omnes prostravit, donec tandem petechiis copiosè prouerpentibus motus epileptici supervenirent, qui nulla medicamentorum vi potuerunt inhiberi. Simul ac verò infirmitatem suam persensit, totum se Deo suo resignavit, & voluntati ejus qvemcunq; morbi eventum commisit, paratus ad dormitionem in cœlestem patriam. Ideo sacro viatico corporis & sanguinis Christi se communivit, & duabus ante obitum horis clara voce decantavit hymnos Cygnæos Germanicis rhythmis compositos, qvorū sensum latinus Poëta noui incommodè reddidit:

In pace decedo, D E I

Ad arbitratum:

Alacre namque cor mihi

Eft, & paratum;

Me ceu Deus beavit,

Mors somnus occupavit &c.

Iam:

Meas dicavi res D E O,

Cujus cadant arbitrio:

Si fata producam mea;

Esto lata

Ejus voluntas optima &c.

Cumq; verba amplius facere non posset, iis, qui supremis ejus aderant, alias melodias præeuntibus, vel musitando adsonare conatus est. Tandem in hac Salvatoris sui agnitione placida, & qvæ ab adstantibus vix deprehendi posset, morte ad beatos concessit; postqvam superiore Aprili annum vigesimum tertium ingressus esset. Funus efferetur hodie hora 11. ex paternis ædibus in plateâ Grimmensi sitis: qvòd nostræ Jurisdictionis Cives frequenter congregati, exeqvias has in honorem defuncti, & gratiam totius familie condecorabunt. PP. Lipsiæ d. XI. Junii ANNO CL. IOC. XXXII.

Excudebat GREGORIUS Ritsch.

RECTORATEMIA CADENSIE



A color calibration chart titled "KODAK Color Control Patches" located at the top left. The chart features a grid of 12 color patches used for color balancing. The columns are labeled with color names: Blue, Cyan, Green, Yellow, Magenta, Red, White, and Black. The rows are labeled with color names: Blue, Cyan, Green, Yellow, Magenta, Red, White, and Black. The colors transition from blue at the top left to red at the bottom right, with white and black patches interspersed.

est vel subitæ putredini, vel gelidæ canicie: utrinque suotempore disturbatur, & in juvenibus per morbos adventitio-
am; in grandævis naturalem senectutem adsciscit, communemq; pandit aditum ad viam universæ carnis. Interea omne illud,
quod in terris vivitur, quæam mobile est & consumum! gaudium tristitia, risus aletum excipit: saturitati esturie, voluptati dolor
succedit: calorem algor, refrigerium æstus inseqvitur. Tandem inter eum, qui vita breviâ usurâ fructus, & qui annos plus
rimos emens est, ubi eadem vivendi pausa, idem terminus advenit, transactum omne tantundem est; nisi quod annis ma-
jor, peccatis magis onustus sit. Sursum vero cum fertur humiditas aut vapor, circulari quoad generatione credit ad id, qvod
prius fuerat, & descendit in terram, dum vel in rorem & pluviam resolvitur, vel constrictus in nivem, glaciem, & grandinem
densatur. Sic & corpora nostra, per mortem resoluta, redeunt in terram, ex qua sumta sunt. Ea propter dum in vita
hac sumus, ad cœlestem excelsitatem adspiremus, solliciti, quo cum Deo esse & vivere queamus, ubi veritas veritatum, & o-
mnis veritas, eternitas eternitatis. Quod si pietatem colamus, & Deo hic uniamur per gratiam, ibi con-
templatur eum in gloria: Qui enim Deo & verbo ejus adhæret, non potest esse tam caducus, ut pereat; sed cum beatâ vitâ
mortalem commutat. Et hoc sibi cordi quoque habuit Juvenis ornatus & præstantissimus honoris suprematam
SCHÜLERUS, Philosophie & Theologiae Studiosus, cuius sepultura, quam honoris suprematam, non intermittam, quæ ad decentem funerationem à nobis fieri queunt. Editus autem
dicenda est, ut nostro quoque loco non in hanc lucem Lipsiæ, anno Christi supra millesimum, sexcentesimum, decimo, mensis Aprilis die vigesimo secundo, Pa-
rens eius fuit Dn. Thomas Schürerius, civis hujus urbis primarius, & Bibliopola celeberrimus, & doctis ap-